



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita  
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë  
Comitis, Breviarivm**

**Bidermann, Jakob**

**Fribvrgi Brisgoiae, 1663**

Exemplum imitati Socij. 49

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44891**

data; & pleraque VBALDINI  
familia.

*XLIX. Exemplum imitati  
Socij.*

**A**D hæc Vbaldini, quæ supra  
posuimus, exempla, multi  
commilitonum excitati, paria  
facere, per æmulationem ince-  
perunt. Cibos identidem, ad  
quos auidiùs ferri se sentiebant  
vltro, virtutis causâ, relinquere,  
atque adedò pane sæpenumero,  
& aqua contenti, ab alimentis  
alijs abstinere. Noctu item ad  
verbera voluntariè, vt didicerât,  
infligenda consurgere; & funi-  
bus asperis, aut ferreo contextu  
latera arctè adstringere. Atque  
in his exercitationibus continu-  
andis, ab Vbaldino confirmati,  
quid carperent aliqui, quid ride-  
rent, flocci non pendere. Quam-

**E 5**                      quam

quam hi ipsi demum, quorum principia sibilant, cum constantiam in inceptis, tantamque vitæ mutationem aduertissent, in Virtutis admirationem versi, quos remorari nequiere, instituerunt ad extremum etiam ipsi imitari.

*L. Officium humilium amor.*

**P**orro, quamuis nulla pars vitæ, testimonio caruerit virtutis; neque ferè sint vlla indolis bonæ indicia, quæ in Vbalduino (si penitus inspiceretur) non eluxerint: tamen animi quædam minimè vasti, nec elati, sed ad omnem modestiam submissi species insignior in eo visa est eminuisse. Cum primis enim & sollertissimè fugit, necubi videri æstinarique ab alijs, vlla in re, posset. Ipse de se abiectè sentire.

tire.

tire  
nes  
bi co  
fimis  
mer  
frequ  
min  
bran  
terit  
obse  
imit  
bat  
desp  
Cor  
que  
état  
lis v  
suu  
pro  
Hoc  
ram  
tenc